



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XIV. Ad tit. de aetate & qualit. cap. 2. & 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

constitutus, venerabilis frater noster Casselensis Archiepiscopus Metropolitanus eorum Episcopo Roffensi mandavit, ut eum uno eodemque die a. t. s. o. prom. quod cum ille non ausu proprio, sed ipsius Archiepiscopi mandatu perfecisset, demum idem Archiepiscopus requisitus consecrationis ei munus, hujusmodi ordinationis occasione prætensa impendere recusavit. Unde fuit nobis humiliter supplicatum, ut super hoc circa Præfatum W. dignaremur de benignitate sedis Apostolicæ dispensare. Maximè cum ad ordines suscipiendos non ex voluntatis propriæ diceretur festinantiā properasse, sed tam de magnâ necessitate, quam de utili prouidentiā penè omnium ibi præsentium se permiserit taliter ordinari, pro eo, quod Ecclesiæ Imilicensi multiplex periculum imminebat, si ejusdem W. circa presbyteratus officium ordinatio difficeret. Licet autem contra normam Ecclesiasticam in facto ipso enormiter fuisset excessum, de misericordiâ tamen, quæ superexaltat judicio, venerabili fratre nostro Armachano Archiepiscopo & Episcopo Midensi & dilecto filio Archidiacono Armachano dedisse recolimus in mandatis, ut inquisita super præmissis diligenter veritate, si rem inveniret taliter se habere, ac eundem W. alias idoneum & utilem Ecclesiæ Imilicensi dispensativè ipsi tribuerent licentiam consecrandi.

CAP. XIV.

Ad tit. de ætate & qualit. cap. 2. & 7.

S U M M A R I A.

1. Cap. 2. b. t.

3. Clerici prohibentur medicinam facere.

2. Cap. 7. b. t.

4. Medici impunè nocent.

Caput secundum compilationis primæ omissum à Gregorianis desiderari in Barcin. & alienâ manu additum in veteri Tarragonensi notat A. August. ad compil. i. Quod factum fortasse propterea, quia repetitur lib. 3. tit. 8. c. 1. ejusdem compilat. i. sed illic, ut & apud Gregorium adscribitur Gelasio ad Romanos.

In cap. 7. agitur de Physico seu Medico, qui ad sacros ordines Cap. 2. b. t.

R 3

ad-

adspirabat. Cum verò recordaretur arte sua se sèpius fuisse frustratum, consuluit Pontificem, an ad sacros ordines admitti posset. Nempe imperitia & multò magis negligentia medico utique imputatur. *l. illicitas.* sicuti. *ff. de offic. præsid.* *l. Idem juris. ff. ad L.*

Clerici pro-
bibentur
medicinam
facere.

Medici im-
punè no-
cent.

Aquil. sed & religiosi & alii in sacris constituti prohibentur medicinam facere c. fin. *Ne cler. vel Monachi.* Eamque exercentes arbitrio superioris puniuntur c. tua. *X. de homicid.* *Gloss. in C. sententiam.* *X. Ne clerici vel Monachi.* Ideò religiosus chirurgiam exercens, si ex èa mors sequatur, sit irregularis, et si peritus est & diligens, & pietatis etiam causa fecerit. *d. c. tua.* *Meritò.* Præsertim si per mortes hominum discitur. Hujus enim non nisi in Care periculum faciendum vetus parœmia suadet. Temeritas enim & imprudentia, solenne Medicorum vitium, abundè per se pollens & ad perniciem Alienis enim periculis discunt, ipsi securi, & hoc ipso felices, quod prosperos eorum successus sol adspicit, adversos tegit tellus. Nempe una hæc ars tristissimis experimentis constat & ab omni ævo

πολλας ιφθιμες ψυχας αιδι τρεγιαψεν
ηεζων, ait P. Cunæus in Sardibus venalibus p. 65. Vide Plin.
lib. 29. Auson. lib. 1. Epigr. 74. Foppium ab Aizema differt. lib. 1. c. 2.
c. 1. Gilbert, Cognat, in adag. p. 493.

C A P. XV.

Ad cap. XI. de ætate & qualitate.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------|-------------------------------|
| 1. <i>Preficiendi, qui?</i> | 4. <i>Tonsura clericalis.</i> |
| 2. <i>Abbates, καθηγεμένοι.</i> | 5. <i>Παπαλήθρα.</i> |
| 3. <i>Prima tonsura.</i> | |

Preficiendi,
qui?

IN Rubricâ h. t. habetur de ordine præficiendorum: Quinam illi? In tertia compilatione ita concipitur rubrica: *De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum, & ordine præficiendorum.* In quartâ: *De qualitate ordinandorum, præficiendorum & ordinantium, vel ut in aliis libris, Ordinis.* Per præficiendos intelliguntur, qui non propriè ordinantur, sed eliguntur, nec inter ordinum gradus censemuntur, ut sunt dignitates omnes, officia Eccle-